



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 2. Cur homines mundo fidant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

& lapidibus preciosis, tantamque præbus  
copiam argenti in Hierusalem quasi lapidum  
2. Par, 9. Nomen sumit Ecclesiastæ sive diu-  
Oratoris ut ostendat verba sua non velut ho-  
minum ab hominibus judicanda, sed ut ve-  
ba Dei accipienda esse. Nonnulli etiam in-  
terpretum notant priusquam ea pronuntiare  
convocasse multitudinem sapientum hu-  
temporis ut se concionantem audirent. Di-  
nique Rex fuit divinitus electus, ut esset os-  
maregum & mundi prodigium in cognizio-  
ne veritatum naturalium & supernaturalium.  
Quare credibile non est tantum Monarcha-  
tam longa experientia edoctum tam copiose  
luce coelesti illustratum in tam celebri homi-  
num frequentia velut organum sancti Spi-  
ritus loquentem quidquam citra veritatem  
exaggerasse. Proinde ejus de vanitate mundi  
testimonium, quantumvis paradoxum vi-  
deatur tamquam verissimum oraculum a  
stimari debet.

## §, II.

*Quare homines mundo fidant.*

**Q**uæ cum ita sint qui fieri potest ut nihil  
minus homines sic adhærent hujc vani-  
tati? An non sufficit tantæ testimonium au-  
toritatis ad cognoscendam veritatem & renon-  
tiar-

tiandum vanitati? Agnoscenda est sane cum Philone; nescio quæ mentis nostræ hac in re illusio ac stupiditas. Et quidem omnis nostra cæcitas ex quotidiano rerum temporalium usu ex nimia cum illis consuetudine provenient videtur, illæ perpetuo objiciuntur sensibus nostris, occupant cogitationes atque ita de-  
mentant ut plus illis fidamus, quam ipsi Deo tametsi illarum perfidiam saepius experiamur. Verum S. Chrysostomus in quadam e-  
pistola perversum hunc nostrum agendi mo-  
dum adscribit ignorantiae veritatis divini il-  
lius oraculi, nec dubitat affirmare si vel mo-  
dicum in nobis esset sapientiae lumen, fore, ut  
omnium illud parietibus insculperetur & su-  
perliminaribus ædium, inscriberetur vesi-  
bus virorum ac mulierum, exararetur literis  
aureis in locis publicis ut perpetuo oculis in-  
tuentium expositum admoneret unumquæ-  
que ne se sineret fucatâ mundi specie, fallaci-  
busque decipi pollicitationibus. Addit deinde. Oportet quotidie salutare illud carmen &  
in prandijs & in coenis & in conventu unum-  
quemque proximo suo canere & à proximo  
suo libenter audire: Quia *vanitas vanitatum*  
*& omnia vanitas*, Verè nihil à nobis mun-  
dus æstimaretur, si semel nobis esset persua-  
sum, illum aliud nihil esse, quam vanitatem,

Hs

cijus

*cjus honores, voluptates, delicias & divitias,  
& bona, quæcumque possidet, fallacias esse &  
illusiones, & quanto plura promittit, tanto  
magis sui amatores deludere.*

**§: III.***Vana mundi promissio*

**I**N hanc rem nonnulli interpres erudi  
explicant illa verba Cantici Canticorum  
*Murenulas aureas faciemus tibi* Cant. I. Sep-  
tuaginta verterunt. *similitudines auri*, atque  
absentias auri; quæ dux postremæ versiones  
idem significant; nam similitudo aurum non est  
aurum, ac proinde necesse est ut inde aurum  
absit, ubi ejus similitudo adeat. Mundus igitur  
sui studiosis promittit picturas & umbras  
bonorum, quibus illi tanto studio inhiant,  
sed insigniter decipiuntur. Nec tamen toties  
delusi, desistunt miseri spem suam & fiduciam  
in illo ponere. Super hoc non minus disert  
quam subtiliter discurrit S. Augustinus ostendens  
omnia; quæ in mundo videntur bona,  
similitudines esse & figuræ bonorum, nec a  
liter se habere, quam quæ videmus in speculo  
in quo, quæ apparent, non insunt, sed solum  
posita intuentium oculis specie tenus dun  
xat representantur; atque adeo quod Apo  
stolus scribit ad Hebreos quamvis alio sensu

OMNIA